Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



190

De die autem illa uel hora nemo scit. neque angeli in
celo. neque filius nisi pater. Videte uigilate et ora
te. nescitis enim quando tempus sit. Sicut homo
qui peregre profectus est reliquit domum suam. et de
dit seruis suis potestatem cuique opus. et ianitori
praecepit ut uigilet. Uigilate igitur. nescitis enim quando
dominus domus ueniat. sero an media nocte. an gal
licinii. an mane. ne cum uenerit repente inue
niat uos dormientes. Quod autem uobis dico. omni
bus dico uigilate. Oct. ap'lor. Ad galatas.

Fratres. Deus personam hominis non accipit.
Mihi enim qui uidebantur aliquid esse ni
hil contulerunt. sed econtra cum uidissent quod
creditum est mihi euangelium praeputii sicut petro circum
cisionis. qui enim operatus est petro in apostolatum
circumcisionis. operatus est et mihi inter gentes. et cum
cognouissent gratiam quae data est mihi. iacobus. cephas.
et iohannes qui uidebantur columpne esse. dexteras
dederunt mihi et barnabae societatis. ut nos in gen
tes ipsi autem in circumcisionem. tantum ut pauperum
memores essemus. Quod etiam sollicitus fui hoc ip